

1.2 - Statuto 1432. dal Catastico (c. 16.- 28.).

**Ex Cathastico Ecclesie Tarvisine
cooperto corio rubro,¹ Pergameno in fol. c. 7.**

Statuta Ecclesie Tarvisine - 1342.

(*primo fascicolo - carta 16.*)

In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, et Individuae Trinitatis, Beatae Mariae semper Virginis, et totius coelestis Curiae. Amen. Bona rei dare consilium, et praesentis vitae meritum, et futurae cernitur praemium expectare.

Idirco Nos, Conradus de Brancasechis de Luca Decanus, Paulus Geraffinus nostro nomine, et Dominorum Venturini de Pergamo Archidiacono Aquilejensis, Jacobi de Saglimbeco Canonici Aquilejensis nunc absentium, Jacobus de Carraria, Petrus de Baono, Plebanus S. Mariae de Murano, Petrus Bonus Magister Scholarum, Amadasius, et Pater Thesaurarius omnes Canonici Tarvisini, qui facimus, et constituimus totum Cap.lum Tarvisinum, cum ad praesens non sint aliqui alij, seu aliquis alius ex Canonicis Tarvisinic hic praesens, vel in hoc loco, unde debeat ad Cap.lum evocari juxta Statuta, et Consuetudines Eccl.iae Tar. nae, in Cap.lo, et ad Cap.lum more solito ad infrascripta specialitèr congregati, et constituti in Praesentia Reverendi in Xp.o Patris D.ni Petri Pauli Dei Gr.a E.pi Tar.ni, mores, consuetudines, et statuta diutius instituta, et longaevo tempore observatas in nostra Eccl.ia Tar.na, nonnullis eorumdem Statutorum ab olim obscurè editis, nec non consuetudinibus, super quorum intellectu, quarumve observantia propter varietatem temporum, mutationem personarum, labilitatemq; memoriae ambigi ab aliquibus, et disceptari interdum inter aliquos consuevit, ne propter obscuritatem, vel oblivionem eorumdem de caetero super ipsis, seù intellectu, vel observantia dubitetur eorum, clarius et discretiùs declaratis, reformatis, et compilatis, quibusdam nostris novellis constitutionibus ejusdem additis, diligenti, et matura deliberatione praemissis in his scriptis in formam Statutorum providimus redigendas ad laudem Domini N.ri Jesu Christi, et Gloriosae Virginis eius Matris, Beati Petri Apostolorum Principis, in cujus nomine ista Ecclesia est fundata, ejusq; discipuli B. Prosdocimi Fundatoris ejusdem, ac Sanctorum Theonisti, Thabrae et Thabratae Martyrum, nec non Gloriosum Confessorum Liberalis, Florentij, et Vindemialis, et B. Henrici, quorum corpora in hac Sacra Eccl.ia requiescunt:

Ordinantes, innovantes, statuentes, approbantes, declarantes omnia, et singula infrascripta ordinamenta, et statuta de coetero servari debere in Eccl.ia Tar.na: a Canonicis, Cap.lo, Mansionarijs, Praebendatis, et institutis alijs in Eccl.ia Tar.na, et alijs Eccl.ijs Civitatis² dicto Cap.lo Tar.no subjectis, et alijs³, prout inferiùs reperientur descripta.

Rubrica. - **I.** In novis. Rubr. 1. et 2.

De divinis officijs devotè dicendis,
et quinque Missis ad minus conventualitèr peculiariter, et ordinariè
die qualibet, excepta die Parasceve in Eccl.ia Tarvisina celebrandis.

Quod divinum officium diurnum, et nocturnum devotè, ordinariè, conventualiter . . . debite

(- *carta 16. tergo*)

debitè, et quotidiè in Tar.na Eccl.ia tam pro vivis, quam pro mortuis, sicut est ordo Eccl.iae, et consuetudo celebrari debeat statuimus. . . .

¹ (*in margine superiore*) Exemplum sumptum ex apographo sua Legalitate roborato fol.1., ubi habetur decretum Andreae Salomonii Vicarii ep.lis Tarvisini de fide habenda exemplis ibi descriptis.

² (*a lato, in margine destro*) Eccl.ae Capitulo subiectae legibus ab eo sancitis reguntur.

³ (*subito sotto la precedente*) nota. aliae Civit. Eccl.ae

Quatuor Missae ad minus, die qualibet per⁴ Mansionarios, et Praebendatos Eccl.iae Tar. nae, praeter Conventualem, et communem Missam, vel Missas, quae cum nota cantari consuevit, et debet, seu consueverunt, et debent, cum casus occurrerit dici devoté debeant statuimus, hoc modo.

Videlicet, Sacerdos, qui fuerit Hebdomadarius in Aurora primo Missam celebret ad Altare B. Henrici; elevatione vero Corporis D. ni N. ri Jesu Xp. i facta, alius Sacerdos hebdomadarius Missam celebret ad Altare Sanctae Crucis; post elevationem vero Corporis Xp. i in Missa Conventuali⁵ quartus Sacerdos Missam dicat ad Altare Sanctae Crucis, vel Sanctae Mariae, et facta Corporis Xp. i elevatione in Missa praedicta, quintus Sacerdos se paret, et Missam dicat super quo maluerit Altare in Eccl. ia Tar. na.

Rubrica II. in novis n. o XX.

Quod quilibet Canonicus de novo receptus
jurare teneatur Statutum, et Consuetudinem Eccl.iae Tarvisinae. –

Quilibet in Canonicum Tarvisinum ad vacantem Praebendam receptus, statim cum sibi per Decanum, et Cap. lum, vel procuratori suo, pro eo fuerit Canonialis Praebenda cum stallo Chori, et loco in Cap. lo assignata, jurare teneatur, et debeat in Manibus Decani in Cap. lo Tar. no: quod bona fide, et sine fraude, bona, et possessiones ad Praebendam suam spectantes tractabit, et statuta, et consuetudines Eccl.iae Tar. nae observabit, personalitèr, si est praesens, si vero fuerit absens, per procuratorem suum ad hoc specialitèr constitutum, et nihilominus, cum ad Eccl. iam Tar. nam accesserit, personalitèr illud praestet.

Rubrica III. . . . XXIX.

Quod cuilibet Canonico, se ad primaevam residentiam offerenti,
assignetur domus, Clausura, et Eccl. ia,
et quae sit residentia, quam facere teneatur.

Cuilibet Canonico Prebendato, se ad faciendam primaevam in Eccl. ia Tar. na residentiam offerenti, si petat sibi consignari Domum, Clausuram, et Eccl. iam, in qua juspatronatus habeat Rectorem, seu Rectores, cum vacabit, Decano, et Cap. lo praesentandi instituendos ab ejs, quod solum personalitèr residentibus conceditur, aliqua Domus Canonialis, Clausura, et Eccl. ia, seu Eccl. iae, ubi plures Eccl. iae pro una parte concurrunt, sicut apparet in divisionibus, et partibus earumdem de vacantibus, et quae tunc nulli sint Canonico deputatae, per Decanum, et Cap. lum assignentur.

Residentiam autem tunc ipse Canonicus per viginti dies continuos in Civitate Tarvisij facere teneatur computata prima die, qua spondit Decano, et Cap. lo se facturum, ita quod aliqua die praedictorum viginti dierum, extra Civitatem, et Suburbja Civitatis Tarvisij nullatenus hospitetur, alioquin pro absente, et non praesente in omnibus, sicuti habebatur antequam promitteret, reputetur. . . . Ru-

(*primo fascicolo - carta 17.*)

Rubrica IV. - XXX. De Canonicis residentialibus
sive in minoribus sive in Sacris ordinibus constituti,
. . . et quid percipere debeant in praesentia, et quid habere.

⁴ (*prima nota, in margine sinistro*) Scilicet, ultra Conventualem

⁵ (*subito dopo la precedente*) pro substitutis, ut puto, vel pro Praebendis, Mansionariae adnexis, vel ad tempus cum illa obtentis. Nam in Tabulam, quae hic observanda praecipitur, nunquam Mansionarii pro Missis plani ... lati fuerunt. V. Schedulam An. 1352(?) Processo BB. Caps. IX. ibi habes quidem Mansionarios Conventuales: at Conventuales est post Conventualem Capellanos tantum: ibi etiam vides Thesaurium, et Archidiaconum cum Mansionariis, et seorsim cum Capellanis recenseri: item Leonardum, Nicolaum, ac Presbyterum Lazarum Mansionarios una et Praebendatos. Item, vide antiquiores Tabulas anni 1521. etc. in Processu ... in Capsula Praebendae Canonialis S. M. ae Parvae.

Residens Canonicus in Eccl.ia Tar.na, si sit saltem in subdiaconatus ordine constitutus, praebendam, domum, Clausuram. et Eccl.iam sibi assignatas ex integro cum voce Cap.li, et quotidianis distributionibus habeat, et possideat; si vero in minoribus tantum ordinibus fuerit constitutus Canonicus residens in Eccl.ia Tar.na: tunc vocem in Cap.lo non habebit, et solum tertiam partem omnium fructuum, et reddituum praebendae, et clausurae sibi assignatarum amittet per Massarium inter Cap.lum distribuendam praedictum, donec se fecerit ad sacros ordines promoveri. Reliquas vero duas partes recipiet de manu Massarij, vel Caniparij supradicti.

Rubrica V. - XXXIII.

De Canonicis in minoribus tantum ordinibus constitutis se absentibus a Civitate Tarvisij per duos menses, et quatuor dies continuos, vel redeuntibus circa finem dictionum duorum mensium, et in Civitate Tarvisij per viginti dies continuos non manentibus. - .

Sané, si quis Canonicus residens, petita licentia a D.no Decano, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, licet non obtenta se absentaverit a Civitate Tarvisij per duos menses continuos, computata prima die, qua recedit, et infra quatuor dies dictos duos menses sequentes non redierit ad dictam Civitatem Tarvisij, vel si redierit circa finem duorum mensium per quatuor dies ante, vel quatuor dies post ibi non resederit per viginti dies continuos, sed a Civitate Tarvisij se absentaverit ita, quod infra viginti dictos dies etiam una nocte extra Civitatem, et suburbia Civitatis Tar.nae hospitetur, si fuerit tantum in minoribus ordinibus constitutus, de fructibus omnibus, redditibus et proventibus corporis Praebendae suae, qui usque ad unum annum continué secuturum a die commissae morae computandum pervenerint undique, et quomodocumque, tertiam partem bladi ipsius praebendae suae duntaxat per se, vel procuratorem suum de manu Massarij, vel Caniparij nostri percipere debeat, et habere, et vigintiquatuor soldos denariorum parvorum pro duobus multonis, et hoc si in ejus parte reperiantur, et non ultra, reliquis duabus partibus, et totali residuo suae praebendae, et toto reddito Clausurae penes Massarium, seu Caniparium Cap.li remansuris ad utilitatem Massariae inter Cap.lum dividendis, nisi legitima, et necessaria causa ipsius absentiam excusaret, ut in proximo statuto dicitur.

(- carta 17. tergo)

Rubrica VI. + XXXIII.

Quod constitutis (*sic*) in Sacris, se absentantes per duos menses, et quatuor dies ab Eccl.ia Tar.na, habeant tantum duas partes fructuum omnium, reddituum, et proventuum corporis Praebendae suae. - . - .

Si vero Canonicus sic se absentans, fuerit in Subdiaconatus saltem ordinem constitutus, tunc duas partes fructuum, reddituum, et proventuum corporis Praebendae suae, in blado, vino, et pecunia, et quibuscumque rebus alijs consistentium dicti anni de manu praedicti Massarij, vel Caniparij duntaxat accipere debeat; et totum residuum ipsius Praebendae, et tota Clausura remaneat in Canipa Cap.li Tar.ni inter Cap.lum distribuenda praedictum. Et super praeditis, vel eorum aliquo, seu aliquibus non petatur sub poena perjurij, et praestiti juramenti ab absente gratia, remissio, vel donatio, vel ab aliquo alio pro eo:

Et Cap.lum non possit facere donationem, gratiam, vel remissionem aliquam de praedictis, vel aliquo praemissorum; salvo semper, et reservato, quod si talis Canonicus absens, sive in Sacris, sive in minoribus tantum constitutus, tempore quo volebat, seu proposuerat reverti ad Civitatem Tarvisinam tali infirmitate esset detentus, vel tali captione, vel inundatione aquarum, vel etiam ratione guerrae, vel alia justa causa, et necessitate, quod reverti non posset, et hoc corporali Sacram.to jurabit, non remisso sibi Sacram.to a Cap.lo Tar.no, nisi hoc esset manifestum, et notorium, non amittat. Similiter Canonicus, qui residere consueverit, si se absentaverit pro servitio D.ni E.pi, vel Eccl.iae Tar.nae, seu Potestatis, et Comunis Tarvisij, . . .

seu causa peregrinationis, vel si in Studio Theologiae fuerit, secundum quod jura dictant, vel pro infirmitate sui corporis non amittat.

Rubrica VII. + XXXIII

De Canonicis absentibus, qui nunquam se ad residentiam exhibuerunt,
quid habere debeant, sive sint in sacris, sive in minoribus.

Et quod de Canonicis residentibus, et se absentantibus a Civitate Tarvisij suprascriptis Statutis proximé est praedictum, idem statuimus, et declaramus servari debere in quolibet Canonico absente, qui ad faciendam residentiam personalem, se nondum exhibuit, ut ex quo ipse, vel procurator ejus pro eo, fuerit in Canonicum Tarvisinum ad Praebendam vacantem receptus post lapsum anni computandi a die vacationis Praebendae sibi, vel Procuratori suo assignatae infra spatium duorum mensium, et quatuor dierum sequentium immediaté dictum annum ad Civitatem Tarvisij non venerit, vel si venerit, se ad faciendam residentiam personalem non exhibuerit, vel si exhibuerit, ibi tamen continué per viginti dies non resederit, ut sic absentis Canonici Prae- . . . -benda

(fascicolo primo - carta 18.)

-benda penés Massarium, vel Ceaniparium maneat, et ipse Canonicus, vel procurator ejus de manu Massarij, vel Caniparij recipiat partem suam, seu partes superiùs annotatas habita distinctione an fuerit in sacris, vel tantum in minoribus ordinibus constitutus.

Rubrica VIII. + XXXV.

Quod quilibet Canonicus se absentans
uni Canonico Tar.no debet dimittere partem suam procurandam;
similiter et Canonicus absens partem suam dimittere teneatur. —

Canonicus petita licentia a D.no Decano, licet non obtenta, a Civitate Tarvisij se absentans, partem suam uni ex Canonicis suis Tarvisinis dimittere teneatur, cum domo, Ecclesia, et clausura sibi residenti per Decanum, et Cap.lum consignatis procurandam per eum, qui possit facere de ipsis sicut ipse dimittens, si praesens esset, servata forma Statutorum nostrorum, an sit reputatus pro praesente ipse absens alicujus superius Statuti nostri, vel privilegij fictione, et tunc si est in Sacris, omnia obtineat supradicta, et si non est in Sacris, tunc domum obtineat Procurator, et Eccl.iam, sed de Praebenda sua, et clausura tantum duas partes omnium fructuum praebendae suae, sed Clausura sua, et Eccl.ia cum toto residuo Praebendae suae in Canipa remanebit; aut est tantum in minoribus, et tunc Procurator domum tenebit, et tertiam partem bladi, et soldos viginti quatuor pro duobus multonis, si in ejus parte reperiantur, residuo Praebendae; Clausura tota, et Eccl.ia in Cap.lo remansuris, distribuendis inter Cap.lum Tarvisinum. Similiter et absens Canonicus, qui nunquam se ad residentiam exhibuit in Eccl.ia Tar.na uni ex suis Canonicis Tarvisinis partem suam procurandam dimittere teneatur.

Rubrica IX. + XXXXII.

Quod Praebenda, Domus, Eccl.ia, vel Clausura
propter ejus absentiam optari non possit per aliquem.

Praebenda autem, Domus, Clausura, aut Eccl.ia alicui praesenti, et residenti Canonico deputata per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum, propter aliquam absentiam ipsius Canonici per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum alicui Canonico recepto, vel recipiendo consignari non possit, vel per aliquem eorum optari, sed semper titulum earum retineat, et cum ad Civitatem Tarvisij redierit, et resederit principaliter ipsas recuperet ipso jure. . . .

Rubrica **X.** LVII. in nov.
 Quod cuilibet Canonico residenti assignetur Eccl.ia
 in qua jus habeat praesentandi. - .

Antiquam consuetudinem, et Statuta sequentes, et confirmantes, statuimus, damus, et . . . con-

(- carta 18. tergo)

concedimus jus, et potestatem cuilibet Canonico residenti, eligendi, et praesentandi Praesbyterum, vel Praesbyteros, Clericum, vel Clericos in Eccl.ia, vel Eccl.ijs, quae in ejus parte continentur cum vacabunt, quem, vel quos, si idonei fuerint, Decanus ad ejus praesentationem investire teneatur in Cap.lo nomine Canonice, et Cap.li Tar.ni omni obedientia, et honore, jurisdictione, institutione, et destitutione, quam, et quos dictus Decanus, et Cap.lum, et ejus antecessores habuerunt in ipsis Eccl.ijs, et earum Rectoribus, et Clericis ipsi Decano, et Cap.lo plenarie reservatis. Et Canonicus, qui nunc est in eo statu, in quo Eccl.ia suae partis nunc est, praesentare, et eligere teneatur

Rubrica **XI** + XVI.
 De Eccl.ijs, quas habet Cap.lum Tarvisinum
 in Civitate, et Dioecesi Tar.na: sibi pleno jure subjectijs

Partes vero Eccl.iarum Cap.li Tar.ni, quas Cap.lum pleno jure obtinet in Civitate, et Dioecesi Tar.na, et quae consueverunt singulis Canonicis residentibus per Decanum, et Cap.lum assignari, ut Eccl.ia sibi assignata vacante, Rectorem, vel Clericum ipse Canonicus juxta ipsius morem Eccl.iae, Decano, et Cap.lo instituendum in ea jus habeat praesentandi, sunt hae. Prima pars Plebs S. Jo: Bapt.ae de Domo, et sunt duae partes. Secunda Eccl.ia S. Andreae de Ripa. Tertia Eccl.ia S. Jo: de Ripa. Quarta Eccl.ia S. Bartholomaei. Quinta Eccl.ia S. Gregorij, quae habet Clericum, et Rectorem in Civitate Tarvisij, et istam habemus ex permutatione facta cum D.no Ep.o Tar.no pro Eccl.ia S. Sophiae de propé Tervisium. Sexta Eccl.ia S. Agnetis, et sunt duae partes in dicta Eccl.ia, et Eccl.ia S. Margaritae de Petrarubea. Septima Eccl.ia S. Bonae in Burgo Civitatis Tarvisij, et sunt duae partes. Octava Eccl.ia S. Michaelis de Melma, et Eccl.ia de Fontanis. Nona Eccl.ia S. Urbani de Preganzolo, et Eccl.ia S. Pelagij. Decima Eccl.ia S. Gervasij, Eccl.ia S. Antonini, Hospitale S. Gervasij, et Eccl.ia S. Vitalis. Undecima Eccl.ia S. Andreae de Silvarosa. Duodecima Eccl.ia S. Petri de Scaltenico, et sunt duae partes. Decima tertia Eccl.ia S. Joannis de Medulo. Decima quarta Eccl.ia S. Angeli. Sed ultra praedictas habemus Plebem S. Andreae de Cavasagra, quae ad collationem Decani Tar.ni solius pertinet pleno jure, et medietatem obtinet omnium quartesiorum, et Decimarum ejusdem pro indiviso; reliquam vero habet ejus Vicarius perpetuus institutus per eum. Item medietatem Plebanatus totius S. Mariae de Casali Decanatus unitae per D.num E.pum, et Cap.lum Tarvisinum habet Decanatus. Item habet Decanus, et Abbas de Vidoro instituere Clericum in Eccl.ia S. Jacobi de Musastrello, et confirmare ad praesentationem haeredis quondam Domini Rigipetri de Braida.

Rubrica **XII.** + LVIII. . . . De

(fascicolo primo - carta 19.)

De numero sexdecim Praebendarum Canonicalium observando,
 quarum tresdecim sunt Canonicis, decimaquarta Vicario,
 et reliquae duae sunt octo Mansionarijs assignatae.

Praedecessorum nostrorum vestigijs inhaerentes statuimus, et ordinamus, quod divisiones, et partes quae hactenus factae sunt inter Canonicos Tarvisinos de sexdecim praebendis Canonicalibus, quarum tresdecim sunt tresdecim Canonicis, decimaquarta Vicario D.ni E.pi Sacerdoti, et in Eccl.ia residenti, et reliquae duae Praebendae octo Mansionarijs assignatae, . . .

de caetero perpetuam habeat firmitatem, et istum eundem numerum aliàs juratum, serius approbamus, et innovamus jurantes ad S. Dei Evangelia dictum numerum tactis scripturis collegialiter, et singulariter Deo, et B. Petro, et nobis omnibus ad invicem perpetuò observare, et non contrafacere, vel venire, nec dispensationem aliquam petere pro relaxatione ipsius.

Rubrica **XIII.** + LVIII.

Quod divisiones factae possessionum de partibus Canonicorum usq: ad 25. annos habeant firmitatem.

Insuper statuimus, quod divisiones, et partes, quae sunt factae inter Canonicos de possessionibus, terris, mansis, domibus, decimis, et quartesijs suprascriptae Canonicae habeant stabilitatem, et firmitatem a Kal. Martij proximè venturi in antea usque ad vigintiquinque annos proximè secuturos, et ab inde in antea usque ad beneplacitum Decani ejus, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, et totius Cap.li, vel majoris, et sanioris partis ipsius (*qui nel manoscritto c'è una riga vuota*) adhibeant praeterea omnes, et singuli Canonici Tar.ni suas partes, et Praebendas, et in mansis, terris, et possessionibus, X.mis, et quartesijs earumdem de domibus, cameris, coquinis, et stalis, et alijs omnibus juribus, et rationibus spectantibus ad suas partes sibi assignatas, tam ad Praebendam, quam ad domum, Eccl.iam, et Clausuram, cum sibi fuerint assignatae (*altra riga vuota*) et quartesijs, et alijs rationibus, et honoribus, sicut in partibus eorum scriptum esse reperitur, et est hactenus observatum.

Rubrica **XIV.** + XXXIV.

Quod absens per duos annos, et quatuor menses perdat etiam medietatem partis suae, et si non veniat in fine triennij, vel fidem faciat de vita sua, redditus omnes perdat.-

Si per biennium continuum a Civitate Tarvisij quis Canonicus Tarvisinus absens fuerit, vel si praesens petite licentia a D.no Decano, licet non obtenta, se absentaverit per biennium, et infrà quatuor menses sequentes post ipsum biennium non redie- . . . -rit

(- carta 19. tergo)

-rit a fine dicti biennij computandos, vel de vita sua fidem non fecerit Decano, vel Cap.lo Tar.no, seu ejus Massario per publicum instrumentum, vel testimoniales litteras Ordinarij ubi degit. Massarius, vel Caniparius Cap.li Tar.ni medietatem fructuum, vel proventuum praebendae suae illius tertij anni, quos ipse absens percipere debebat in absentia, ultra poenas absentibus constitutis in sacris impositas per nostra Statuta in utilitatem Cap.li convertat, et distribuatur; reliqua vero medietas reservetur absenti praedicto usque ad finem tertij anni, cui, si ante lapsum ipsius triennij redierit, assignetur; alioquin similiter inter Cap.lum distribuatur praedictum, et deinceps sic absens nihil percipiat, nisi personaliter venerit, vel fidem de vita sua fecerit, ut praemittetur; nisi absens in Romana Curia moram trahat, qui a dicta poena sit immunis.

Rubrica **XV.** - LXI. Quod Decanus Praebendam vacantem optare possit infra tres dies, et similiter alij Canonici residentes gradatim.

Si aliquis Canonicus Tarvisinus propria voluntate, vel aliquo alio modo dimiserit, vel amiserit Canonicam Tarvisinam, D.nus Decanus⁶, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, possit, et potestatem habeat, si sibi placuerit dimissa parte sua, quam obtinet, integra, accipere, et optare partem, seu praebendam vacantem, quam obtinuerat Canonicus ipse cedens, vel decedens, . . .

⁶ (a lato, in margine sinistro) nempe uti Canonicus. V. Rubr. 6. Stat. reform.

seu dimittens, ac Domum, Clausuram, et Eccl.iam, seu Eccl.ias, si quas habuerat in partes assignatas sibi per Decanum, et Cap.lum Tarvisinum, et quam, seu quas ex praedictis optare voluerit; quam optationem Decanus praefatus facere teneatur infra triduum a notitia ipsius vacationis computandum, et hoc teneatur Decanus dicere, et exprimere infra dictum spatium in Cap.lo, si fuerit praesens, si vero absens infra decem dies.

Et si non dixerit, vel non optaverit, alius Canonicus antiquior a die notitiae vacationis, qui residentiam facit, libere similiter possit optare praebendam non optatam per Decanum, et domum, et clausuram, et Eccl.iam, seu Eccl.ias, et quam, seu quas ex praemissis voluerit infra alios tres dies a tempore scientiae ejus, vel procuratoris ipsius.

Si vero Decanus optaverit, tunc dimissam partem per Decanum dictus Canonicus possit optare; et sic gradatim omnes residentes Canonici possint optare partem dimissam, seu relictam, sua parte dimissa infra spatium supradictum, ita tamen, quod tempus omnium optationum spatium non excedat, a notitia vacationis numerandum.

Rubrica **XVI.** + **LXII.**

Quod Decanus debeat investire Canonicum de parte
per ipsum optata infra tres dies. —

Et D.nus Decanus in Cap.lo quemlibet Canonicum canonicé et debité optantem de parte optata, Praebenda, Domo, Eccl.ia, vel Clausura debeat investire infra . . . tres

(primo fascicolo - carta 20.)

tres dies postquam fuerit requisitus a Canonico; in quo si fuerit negligens, vel noluerit, optans sua auth.e, et Cap.li Tar.ni ipsius partis optatae possessionem ingrediatur securé de domibus, Eccl.sijs, Praebenda, et Clausura, prout in parte sua reperitur esse scriptum, vel hactenus observatum.

Rubrica **XVII.** + **LXIII.** Quod Canonicus,
qui optaverit Praebendam det in scriptis Praebendam, per ipsum dimissam,
illi, cui fuerit assignata infra mensem, aliàs nulla sit optatio.

Canonicus, qui optaverit aliquam Praebendam teneatur infra mensem a tempore optationis factae per eum, vel saltem infra mensem, ex quo fuerit per Decanum, vel Cap.lum, seu Canonicum, ad quem Praebenda pertinet requisitus a die requisitionis continué numerandum dare in scriptis possessiones, et terras, et responsiones, et fictus, et redditus earum, et quod, et quantum, et nomina locorum, ubi sunt sitae, et Conductorum, et habitatorum earum fideliter, ordinatè, clarè, et aperte illi, cui Praebenda dimissa per eum fuerit assignata, vel Decano, et Cap.lo; alioquin ex nunc prout ex tunc, si praemissa non fecerit facta per ipsum optatio nulla sit praesentis Statuti vigore.

Rubrica **XVIII** **XXX.**

Quod nullus Canonicus solvat aliquid
pro domo sibi assignata, vel assignanda. —.

Nullus Canonicus fictum, vel pensionem aliquam pro Domo Canonicali aliqua sibi assignanda, vel etiam assignata per Decanum, et Cap.lum ipsi Cap.lo solvere compellatur.

Rubrica **XIX.** **XXXII.**

Nullus Canonicus locet domum suam, vel partem suam alicui.

Præterea nullus Canonicus sub poena vigintiquinque librarum Canipae Cap.li applicanda possit domum, Cameram, Stallam, Canipam, vel Coquinam, quae sint sub aliqua partium

Canonicorum data, vel assignata aliqua pensione dare, seu concedere alicui; nisi forté alicui confratri suo Canonico, et sine pensione, salvo, quod si aliquis haberet in dictis domibus patrem, vel matrem, seu aliquam Coniunctam personam, quod propter hoc non intelligatur Canonicus hanc poenam incurrere.

Rubrica **XX.** + LIII.

Quod fructus primi anni Praebendae Canonicae vacantis, et Mansionariae veniant ad Canipam Cap.li Tarvisini.

(- carta 20. tergo)

Annuales fructus, redditus, et proventus Praebendae defuncti cujuslibet Canonici Tarvisini, et Mansionarij cedentis, seù quomodolibet dimittentis, vel perdentis Canonicatum, et Praebendam Eccl.iae Tar:nae, quos ipse cedens, vel decedens dimissionis, cessionis, vel obitus tempore obtinebat a die vacationis Praebendae ipsius, usque ad unum annum continué secuturum computandum, et quos de una, vel pluribus Praebendis erat percepturus decedens, vel cedens Canonicus, si vixisset, et Praebendam, seù Praebendas successivè tenuisset, statuimus, et volumus antiquum sequentes statutum, et consuetudinem ad Canipam nostri Cap.li intelligatur pervenire debere distribuendos per Massarium, vel Caniparium intùs Cap.lum, ut est moris, et hoc si decesserit, vel dimiserit ante Kalendas Maij, verum si in Kalendis Maij, vel post decedat, a Kalendis Januarij anni sequentis, ut infrà in sequenti cavetur; Et idem de Mansionarijs, et eorum praebendis ipsis, vel eorum aliquo cedentibus, vel decedentibus, seu quomodolibet dimittentibus, vel perdentibus, cum vacabunt, volumus observari.

Rubrica **XXI.** LXXIVII.

Quod lite pendente super Praebenda Canonicali aliqua Tar:na fructus penès Massarium, vel Caniparium Cap.li sequestrentur, donec fuerit finita.

Si litem inter aliquos Canonicos Tar:nos Apostolica, Legati, Cap.li, seù quavis auct.e receptos in Canonicos, et Praebendam, seù Praebendas expectantes super assecutionis alicujus Praebendae Canonicae vacantis, vel, vacaturae in Eccl.ia Tar:na, seu Praebendarum simul, vel successivè vacantium, vel vacaturarum, vel earum occasione moveri contingat, finem litibus cupientes imponi, ne diutiùs protrahantur, statuimus, et ordinamus, quod donec lis mota pendens sententia fuerit calculo per competentem iudicem definita, et adjudicata praebenda alteri litigantium eorumdem, omnes fructus, redditus, et proventus Praebendae in litigium sic deductae per Massarium, vel Caniparium nostrum colligantur, recipiantur, et exigantur, et in sequestrum teneantur, donec lis, et causa fuerit finita, qua finita per eum fructus, redditus, et proventus assignentur ei, qui obtinuerit, et pro se sententiam reportaverit, seu procuratori ejus pro eo, ac si lis nulla mota fuisset, habita distinctione, an sit, vel fuerit sacris, vel non ordinibus insignitus durante litigio, prout nostra dictant statuta. Hoc autem statutum locum habere volumus in Canonico, qui Praebendam Tar:nam Canonicalem possedisset triennio pacificè, et quietè. . . .

Rubrica **XXII.** + XXVII.

Quod expectans, nisi habeat Praebendam, non habeat vocem in Cap.lo, vel distributiones. . . . An-

(secondo fascicolo - carta 21.)

Antiquum innovando, et declarando Statutum, Statuimus, et ordinamus, quod aliquis Canonicus Praebendam expectans in Eccl.ia Tar:na Ap.lica, Legati, vel Cap.li aut cujuscumq; auctoritate, . . . nisi prius fuerit Canonicalem Praebendam, sibi de jure debitam, et per Decanum, et Cap.lum assignatam quietè, et pacificè assecutus, ad vocem Cap.li et locum, et stallum in Choro per

Decanum, et Cap.lum Tarvisinum nullo modo, vel ingenio admittatur, vel recipiatur, sub poena perjurij, et in virtute praestiti juram.ti, nec de Canipa, vel distributionibus, sic expectanti, vel litiganti fieri possit de praedictis, vel eorum aliquo ulla provisio, sub poena, et in poena praedicta, quae remitti non possit poena, vel contra eam quomodolibet dispensatio pati vel recipi, nisi ad D.ni Papae speciale Mandatum.

Quod Statutum firmamus, et approbamus, et ad Sancta Dei Evangelia collegialiter, et singulariter tactis Evangelijs ipsum, et contenta in ipso Deo et B. Petro, et omnibus nobis juramus, et promittimus nos perpetuo servaturos; et super praemissis, vel eorum aliquo remissio aliqua, vel promissio fieri non possit huic statuto contraria.

Rubrica **XXIII.** LXXIV.

Quod Canonici in Eccl.ia Tar:na faciant fructus suos,
et de ipsis disponere possint. –

Quamdiù vixerit Decanus, necnon quilibet Canonicus, et Mansionarius institutus in Eccl.ia Tar.na fructus omnes, redditus, et proventus sui beneficij, et Praebendae, seu quorumcumque beneficiorum suorum suos faciat; possit quoque, et valeat in vita, et morte de ipsis disponere liberé, et testari, ut sibi melius videbitur expedire. Canonicus vero, et quilibet Mansionarius, et de his, quos virtute statuti, et consuetudinis Eccl.iae Tar:nae cedens ipse, vel decedens lucratur tam perceptis quam sibi debitis pro restis praeteritis vel debendis eo casu, quo in Kal. Maij, vel post decedat, disponat ad votum suum; ut in praemissis. At si nulla dispositione facta de ipsis tam perceptis, quam percipiendis, de qua constare debeat publicis documentis, decedat; tunc pro anima sua, pro anniversarijs fiendis annuatim ad Cap.lum Tarvisinum ipsi integraliter debeant pervenire, ut in sequenti Statuto.

Rubrica **XXIV.** LXXV.

Quod Canonici instituti in Eccl. Tar:na
in Kal. Maij, vel post decedentes
lucrentur illius anni fructus, in quo decedunt. –

Insuper statuimus, quod si Decanus, Canonicus, Scholasticus, Thesaurarius, vel Mansionarius in Eccl.ia Tar:na institutus ante Kal. Maij decedat, nihil de fructibus . . . illius

(- carta 21. tergo)

illius anni possit habere ipse, vel ejus heres ad suam Dignitatem, Canonicatum, et Mansionariam pertinentibus non perceptis; Sed si in Kal. Maij, vel post decedat, tunc habeat, et percipiat omnes fructus, redditus, et proventus illius anni usq; ad Kal: januarij proximé secuturis, et jus habeat ad petendum, lucrandum, exigendum eosdem is, cui legaverit, aliter si nulla dispositione facta de ipsis decedat, ad Cap.lum debeat pervenire in ejus anniversarijs fiendis, ut supra in proximo Satuto cavetur; salvo semper statuto fructuum primi anni ipsius Praebendae sic vacantis debitorum Canipae Cap.li Tar:ni inchoandi a dictis Kal: januarij usque ad annum continué secuturum, si decesserit in Kal: Maij, vel post: Verum si ante decesserit, tunc annus fructuum primi anni a die obitus defuncti, vel dimissionis Praebendae debeat inchoare -

Rubrica **XXV.** LXXVII

Quod quater ad minus in anno Cap.lum celebretur,
et in Kalendis Maij Offitiales eligantur per Cap.lum.

Quod in Kalendis Maij, et in Kalendis Augusti, et prima die Veneris Quadragesimae, et Sancti Martini Decanus, et Canonici Tar.ni ad Cap.lum debeant anno quolibet convenire, statuimus, nisi utilitate imminente, vel necessitate in diem sequentem, vel ulteriorem ipsum Cap.lum

faciendum prorogaretur; et ibi ista Statuta legantur. Item in primo die Quadragesimae majoris Cap.lum celebretur.

In primo autem Cap.lo, scilicet in Kal: Maij, officiales per Decanum, et Cap.lum annis singulis eligantur, scilicet Massarius Cap.li, Massarius distributionum Eccl.iae, Massarius Fabricae Eccl.iae, duo Sacristae ad officium Sacristiae, Scriptor absentiae, Nuntius Cap.li, nisi ex causa, quae Decano probabilis videretur, et Cap.lo, vel majori parti ipsius, electionem praedictorum, vel alicujus, seu aliquorum eorumdem committeretur, vel differetur.

Rubrica **XXVI. XXXXIII.**
De officio Massarij Cap.li Tar.ni,
quod omnium possessiones, et singulorum
affictet nomine Cap.li –

Officium Massarij Cap.li Tar.ni hoc est; quod et officij potestate omnes, et singulas possessiones, domos, terras, vineas, piscarias, nemora, molendina, venationes, clausura et hortos, et quaevis alia immobilia bona, nec non decimas, et quartesia, ubi affictare decimae (*sic*) et quartesia debeant, ad Cap.lum, et Eccl.iam Tarvisinam, et quoscumque Canonicos, Mansionarios, Capellanos, Beneficiatos, et officiales quoscumque spectantes, et pertinere valentes in posterum ratione dignitatum Canonicatum, Praebendarum, Mansionariarum, Capellanorum, vel officialium reliquorum, et quorumcumque⁷, ipsius Eccl.iae communiter, vel divisim, Massarius ipse Cap.li, ex quo fuerit in bonis Eccl.iae, . . . Cap.li

(*secondo fascicolo - carta 22.*)

Cap.li, Sacristiae, Fabricae, vel alicujus institutorum Canonicorum, Mansionariorum, vel Praebendatorum praedictorum affictet nomine Cap.li Tar:ni, et ad firmam det usque ad quinquennium, livellos antiquos renovet, et contractus emphyteuticos infra triduum, ex quo fuerit requisitus, ad requisitionem eorum, seu ejus, ad quem, seu quos pertinent possessiones affictandae, et Livelli renovandi; sed renovationem Livellorum, et feudorum faciat Massarius de consensu Decani, et Cap.li, vel majoris, et sanioris partis ejus; et disffictet, et licentiet etiam conductores, si fuerit expediens, ut est moris ad requisitionem, et instantiam praedictorum, quorum interest communiter, vel divisim; vel ex suo officio Massariae, ubi ij, seu is, cujus, vel quorum interest, fuerit, vel fuerint negligentes, hoc facere possit, ne possessiones incultae, vel inhabitatae maneant ad sui partem pertinentes.

Verum si in praemissis, vel aliquo praemissorum Massarius fuerit negligens, vel remissus, seu absens, Decanus exequatur praedicta, qui nunc est, vel tunc fuerit ad instantiam eorumdem, vel ex suo officio, sicut de Massario est praedictum, si fuerint negligentes, et in suprascriptis etiam negligentiam suppleat ejusdem.

Quam commeati licentiam ij, ad quos pertinent possessiones ipse ratione dignitatis, Canonicatus, Officij, vel Praebendae conductoribus et livellarijs dare poterunt lapso conditionis tempore, vel livelli, et in casibus a jure, et Statutis Municipalibus permissis Civitati Tarvisij.

Et pro qualibet affictatione Massarius unum grossum recipere possit a Conductore, et Notarius unum grossum alium affictationis conficiens instrumentum; sed foenum de Clausuris, et annonam de Medulo, vel aliquid alium non recipiet.

Rubrica **XXVII. XLIV**
Quod Massarius exigi faciat omnia,
quae spectant ad Cap.lum Tarvisinum
. . . ordinarié, vel incidenter per Caniparium.

⁷ (*a fine margine destro*) ad quorumcumque, seu quemcumque usum: ex novis rub. 43.

Item quod omnes fructus, redditus, et proventus ad Canipam Cap.li venientes de possessionibus Cap.li communibus quibuscumque, ac praebendis Canonicorum, et Mansionariorum cedentium, vel decedentium, et absentium non constitutorum; nec non Canonicorum, et Mansionariorum residentium, qui fuerint in minoribus tantum ordinibus constituti, et aliorum quomodolibet pervenire valentibus ratione donatorum, et legatorum, vel alias ad Canipam Cap.li secundum statuta praedicta recipi mandet per Caniparium Cap.li Tar:ni, et de perceptis petentibus quietationem, et liberationem faciat nomine Cap.li Tarvisini.

Rubrica **XXVIII.** XLV:

Quod Massarius non possit debitum contrahere,
vel expendere ultra viginti solidos parvorum sine consensu Cap.li.

Debitum quoque nomine Cap.li, seu Massariae Canonicus Tar.nus contrahere, vel aliqua donaria facere propria auctoritate non possit, nec aliquod laborerium fiat facere Massarius ipse ullo modo possit, ultra viginti solidos parvorum, nisi Canonicis Tar.nis, . . . qui

(- carta 22. tergo)

qui fuerint in Civitate, vel Dioecesi vocatis, et consentientibus, vel ad minus duabus partibus consentientibus eorundem.

Rubrica **XXIX.** XLVI.

Quod Massarius teneatur facere rationem
per octo dies ante exitum officij.

Et quod per octo dies ante suae Massariae exitum, scilicet ante Kal. Maij Massarius ipse teneatur facere rationem Cap.lo Tar.no, et illud quod superfuerit de redditibus Cap.li Tar:ni, et praedictis perceptis dividi, et distribui faciat inter Canonicos, et Mansionarios, et alios, quorum interest, juxta Statuta, et Consuetudines Eccl.iae Tar:nae, nisi debitum existat, statuimus.

Rubrica **XXX.** XLVII.

Quod nisi specificentur coherentiae possessionum,
affictare eas non teneatur Massarius.

Indemnitati Eccl.iae consulere cupientes, cui ex incuria quorundam, et negligentia derogatur interdum, statuimus, quod ad petitionem Beneficiati Eccl.iae Tar:nae alicujus, aliquam Massariam, terram, domum, possessionem, vel aliam rem immobilem ad personam suam ratione dignitatis suae, officij, vel Praebendae pertinentes, nisi prius in scriptis dederit, vel ore expresserit specificate, et ordinate loca, territoria, et coherentias, in quibus locis dictae terrae, et possessiones, sunt sitae non teneatur Massarius Cap.li alicui personae locare.

Rubrica **XXXI.** XLIX.

Quod nomina donantium possessiones, et bona Cap.lo Tar.no . . .
pro suis Anniversarijs faciendis
scribantur in libris Anniversariorum Cap.li Tar.ni.

Statuimus, et ordinamus, quod nomina donantium, vel offerentium, seu legantium possessiones, domos, terras, et X.mas, alia jura, bona, et res, possessiones, et bona, quae fuerint per ipsos donatae, et relictas, seu oblatae Cap.lo Eccl.iae Tar:nae pro suis Anniversarijs faciendis, in libro Cap.li scribantur ad perpetuam memoriam conservandam, et charitatem augendam.

. . .

32 (*a lato, a sinistra*)

Rubrica **XXXII. LXII. -71.**
De non alienandis possessionibus
Anniversariorum, vel alijs relictis Cap.lo. - .

Consulté providere volentes, statuimus quod aliqua domus, mansus, terra, seu quaevis possessio pro alicujus anima Cap.lo Eccl.iae Tar:nae relicta, donata, seu oblata pro ejus anniversarijs annis singulis per Cap.lum ipsum celebrandis perpetuae prohibitioni, vel alienationi subjecta vendi, vel permutari non possit p. Cap.lum, seu Canonicos Tar.nos directé, vel indirecté, nec permutationi, et venditioni . . . prae-

(*secondo fascicolo, carta 23.*)

praedictarum, vel alicujus earum earum (*sic*) consensus ab ipso Cap.lo Tar.no praestari de coetero firmiter, et irrefragabiliter, ut vota defuncti, et donantis perpetuis temporibus impleantur.

32. s.do (*a lato, a sinistra*)

Rubrica **XXXIII. LXVIII.**
Quod redditus Anniversariorum
in Vesperis, et Missa
dividantur inter p.ntes
secundum dispositionem Testatorum.

Rursus statuimus quod redditus possessionum anniversariorum, quae fuerint in Eccl.ia Tar.na a defunctis relictorum Canonicae, seù Cap.lo Eccl.iae Tar.nae dividantur hoc modo, ut medietas ipsorum fructuum, et reddituum dividantur in Vesperis, et reliqua medietas dividatur in Missa, quae Cantabitur pro defuncto secundum ordinationem Testatoris inter eos, qui interfuerint personalitér, vel juris, seu Statuti nostri fictione reputabuntur praesentes: Exceptis Anniversarijs olim D.ni Bonaccursij Decani, D.ni Francisci Calcae, Petri de Accorto, et D.ni Parisij, et Sororum, in quibus nisi personaliter praedictis horis interfuerint, nihil omnino habebunt, ut ex eorum mente apparet, etiam peregrinantes, vel gravi infirmitate detenti, seu alias juris, vel Statuti nostri fictione p.ntes; sed in alijs Anniversarijs, qui fuerint in servitio D.ni E.pi, et Eccl.iae Tar.nae, vel Cap.li, seu Potestatis, vel Communis Tarvisij nihil perdant.

Rubrica **XXXIV. XLVIII.** (*a lato, a destra*) 33.
De officio Massarij distributionum Eccl.iae.

Massarius distributionum omnes oblationes, et funeralia colligat, recipiat, et dividat ad Mandatum Decani, et Cap.li Tarvisini, et generaliter ubi dat quatuor solidos uni Canonico, . . .

det Mansionario uni duodecim denarios, et pro suo labore faciat faciat sibi partem unam, sicut uni ex Mansionarijs, et illuminet Matutinum, et aliud divinum officium, ut est moris⁸, scilicet de duobus cereis in Missa, et de vigintiquatuor Cereis in Matutino Majoris hebdomadae quando cantatur de die, et de doplerio in Missa pro Corpore Xp.i, ad altare B. Henrici, et incenso.

Rubrica **XXXV. LXIV.** (*a lato, a destra*) 33. 2.do
Qualiter facta provisio pecuniaria
Cap.lo extra Parochiam suam,
se pro aliquo funere transferenti fieri debet
. . .
inter omnes Beneficiatos in Eccl.ia Tarvisina.

⁸ (*a lato, a destra*) haec in reformation. omittuntur.

Cum Decanus, et Cap.lum ad funus aliquod extra Eccl.iam, et Parrochiam Tar.nam erit invitatus, et ire continget, provisio pecuniaria, quae pro parte haeredum, seu . . . ami-

(- carta 23. tergo)

amicorum defuncti tunc fuerit Massario distributionum Cap.li assignata, dividatur hoc modo; ut Massarij, et Praebendati, qui personaliter interfuerint off.o Funerali, sint aequales in suis portionibus; Canonicus vero qui interfuerit personaliter habeat medietatem unius portionis, ultra portionem uni Mansionario assignatam.

Decanus vero respectu portionis assignatae uni Canonico partem et dimidiam percipere debeat, et habere; similiter etiam Magister Scholarum, ut ubi Mansionarius, vel praebendatus recipit quatuor solidos denariorum parvorum, Canonicus habeat sex solidos denariorum, et Decanus novem solidos denariorum; similiter et Magister scholarum novem solidos denariorum.

34. (a lato a sinistra)

Rubrica **XXXVI. LXV.**
Quod Decanus habeat duos candellotos
tam in Eccl.ia Tarvisina, quam extra.

Decanus vero Tar:nus tam in Eccl.ia Cath.li, quam extra habeat, et recipiat duos candellotos semper cum candellotos manualiter dare contigit per Caniparium, vel Massarium, vel alium quemcumq;

Canonica vero portio funeris Parochiani Eccl.iae Tar:nae sive a Mendicantibus, sive ab aliorum quorumcumq; saeclarium (*sic*), et Regularium Eccl.ijs, ubi funus sepeliri contingerit debita ipsi Eccl.iae Tar:nae ex jure Parochiali eo casu, quo Decanus, et Cap.lum, seu Cap.lum interfuerit sepulturae parochiani ipsius, inter Decanum, Canonicos, et Mansionarios distribuatur, qui interfuerint personaliter sepulturae, ut est moris, sicut si sepultum fuisset in Eccl.ia Tar:na, nisi essent infirmi, et in casu in quo si fuisset funus in Eccl.ia Tar:na, seu ejus coemeterio sepultum de praedictis funeralibus habuissent, tunc etiam de funeralibus, et debitis dictae Parochiae habebit partem suam, sicut si interfuisset sepulturae, excepto quod de provisione manuali, vel pecuniaria nihil habebit, etsi fuerit infirmus, quae pro invitatione fuerit ipsi Cap.lo assignata, ut supra, et proximé.

35. (a lato, a sinistra)

Rubrica **XXXVII. LXVI.**
Qualiter dividi debet Canonica portio
Parochiani Cap.lo debita,
cum in alterius Eccl.ia sepelitur,
. . .
et Decanus, et Cap.lum non interfuerit sepulturae. –

Si funus de Parochia Cap.li Tar:ni sumptum extra Cap.li Parrochiam in alia Eccl.ia sepeliri contingat, ad cujus sepulturam non fuerint Decanus, et Cap.lum invitati, seu non iverint, tunc medietas omnium funeralium, et quae cum funere deferuntur Cap.lo Tar:no debita pro sua Canonica portione ab Eccl.ia ubi sepultum fuerit, sive saeculari, sive regulari inter Decanum, Canonicos, et Mansionarios dividatur, ut est hactenus observatum, qui fuerint p.ntes in Civitate Tarvisij, vel suburbijs. . . . Ru-

(secondo fascicolo - carta 24.)

Rubrica **XXXVIII. XLIX.** (a lato, in margine destro) 36.
De officio Massarij Fabricae. –

Massarius Fabricae Eccl.iae Tar:nae possessionum, et bonorum ipsius sollicité curam gerat, et fructus eorum, redditus, et proventus, legata, et relicta ad Fabricam ipsam, . . .

et quomodocumq; donata petat, exigat, et recipiat, et servet; de perceptis, si petatur, quietet solventes, et cum fuerit opus propria auctoritate, usq; ad viginti solidos expendat, ultra vero non, vel Decano, et Cap.lo, vel majori parte ipsius consentiente, et omni anno ante exitum suae Massariae per dies tres saltem teneatur Cap.lo reddere rationem receptorum, et omnium expensarum; Affictionem verò aliquam per se facere non presumat, sed per Massarium Cap.li hoc faciat fieri, vel Decanum ipso absente.

Rubrica **XXXIX.** L. (a lato, a destra) 37.
De officio Thesaurarij. - .

Thesaurarius, sive Sacrista Major, quoad officium Sacristae per omnia sicut Massarius Fabricae eandem obtineat potestatem, et rationem similiter Cap.lo annuatim facere teneatur de perceptis, et expensis factis per eum ante exitum mensis Aprilis; capsas mortuorum corporibus habeat paratas, hostias, et vinum pro Sacrificio omnibus tribuat in Eccl.ia Tar:na celebrantibus, et communicantibus; tortitia pro Corpore Xp.i, quando defertur ad infirmos, cereos duos pro Altari accensos in festis duplicibus, et munda, et nitida paramenta Sacristiae, et alia ornamenta Eccl.iae in concio tenere, et conservare debeat, et augere pro viribus, et sicut Massarius Fabricae, omni anno rationem Decano, et Cap.lo Tar.no ante exitum Mensis Aprilis facere teneatur de perceptis, et expensis per eum.

Rubrica **XL.** LI. (a lato, in margine destro) 38.
De Manasionarijs Eccl.iae Tar:nae,
qui sunt, et esse debent octo numero. –

Octo Mansionariorum numerum a nostris Praedecessoribus ex duabus Praebendis Canonicalibus ab olim, atque diversis temporibus institutum, dum vacarent in Eccl.ia Tar:na, ex quibus Mansionarijs duo debent esse Presbyteri, tres Diaconi, et tres Subdiaconi, approbantes, et confirmantes,

statuimus eundem numerum servari debere in Eccl.ia Tar:na utilitate Eccl.iae, et necessitate pensatis; qui Praebendas suas sibi assignatas habeant, teneant, et possideant, et ad suam voluntatem disponant, prout eis melius videbitur expedire, praestito juram.to in manibus Decani in Cap.lo Tar.no de conservandis, et non alienandis possessionibus, et alijs bonis Praebendae suae, sive Praebendarum suarum, et de bona fide tractandis, et peragendis omnibus, . . .

(- carta 24. tergo)

quae ipsis per Decanum, et Cap.lum committentur, secundum quod Decanus, et alij Canonici praestiterunt, et de observandis Statutis, et consuetudinibus Eccl.iae, et quod reverentiam, et obbedientiam servabunt Decano, et Cap.lo Tarvisino, ita tamen, quod nec Canonici sint, nec vocem in Cap.lo habere debeant, seu possint.

39. (a lato, a sinistra) Rubrica **XLI.** XXXVII
Quod Mansionarij debeant
residentiam continuam facere in Ecclesia Tarvisina.

Et quia nomen, quod rei non convenit absonum iudicatur, volumus, et statuimus, ut Mansionarij juxta nomen sibi deputatum, continuam in Eccl.ia Tar:na, tam in nocturnis, quam in diurnis officijs, tam pro vivis, quam pro mortuis celebrandis faciant mansionem.

In quibus si negligentes fuerint, vel rebelles, per Decanum correcti, et emendati etiam per censuram Ecclesiasticam, et aliàs, appellatione postposita, puniantur sicut ipsos Decanus, et Cap.lum arbitrati fuerint puniendos. . . .

Similiter etiam statuimus, quod Praebendati, et Capellani Eccl.iae Tar:nae facere, sicut Mansionarij in eadem residentiam teneantur.

40. (*a lato, a sinistra*) Rubrica **XLII.** XXXVIII.
 Quod Mansionarij, et Capellani non exeant Civitatem Tar:nam,
 licentia non obtenta a D.no Decano Tarvisij. . . .

Mansionarij, Capellani, vel Praebendati Eccl.iae Tar:nae, Civitatem Tarvisij exire non praesumant, ita quod horis non valeant interesse; et si quis eorum Mansionariorum, vel Capellanorum ipsam Civitatem exire voluerint, hoc faciant D.ni Decani petita licentia, et obtenta; et nihilominus quilibet eorum pro qualibet die, et hora tantum bannum persolvat, quatenus solvere hactenus consuevit nulla die, vel hora concessis, in quibus non persolvat juxta formam statutorum nostrorum sequentium, nisi fuerit corporis infirmitate gravatus, vel sanguine minutus, et hoc prima die minutionis, et nocte sequente, vel nisi fuerit absens in servitio D.ni E.pi, vel Cap.li Tar.ni⁹, vel Communis Tarvisij.

41. (*a lato, in margine sinistro*) Rubrica **XLIII.** XXXIX.
 De pecuniaria poena
 absentis Mansionarij, vel Capellani
 ab officio, vel Civitate Tarvisij.

Statuimus, quod quilibet Mansionarius, et quilibet Praebendatus, qui matutinali horae, et in primo psalmo non interfuerit in Eccl.ia Tar.na sex denarios parvorum perdat, qui non missae tres denarios, qui non Vesperis, et in primo psalmo tres denarios; qui autem extra Civitatem Tarvisij hospitabitur viginti denarios pro qualibet die perdat. Sed Quadragesimali tempore pro qualibet Prima, pro . . . Tertia

(*secondo fascicolo - carta 25.*)

Tertia, Sexta, et Nona, et Completorio, duos denarios parvorum solvat; similiter pro Tertia, in qua non interfuerit, et Sexta, et Nona hebdomadarius Sacerdos, officialis, et unus Sacrista cum cotta die qualibet, in qua debeant interesse, duos denarios parvorum pro qualibet hora perdat; quae poenae exigantur per Caniparium Cap.li Tar.ni a Mansionarijs, et Praebendatis pro diebus, et horis fraudatis per duos terminos, scilicet in Kalendis Februarij, et in Kalendis Augusti, vel per decem dies post immediate sequentes, et pecunia aequaliter inter Canonicos¹⁰, Mansionarios¹⁰, et Praebendatos distribuantur.

- Rubrica **XLIV.** XL. (*a lato, a destra*) 42.
 Quod Mansionarij, et Prebendati
 ab Eccl.ia ultra tres septimana absentes
 sine licentia Decani, et Majoris partis Cap.li,
 sint privati ipso jure. –

⁹ (*nota a lato, in margine destro*) ommissum in Reform. Anno 1319. Syndicus substitutus per Com. Tarv. missus fuit Bononiam procurator contra Contra (*sic*) Canem Scaligerum, et alios Gibellinos coram Legatis Ap.licis ad inquirendum contra eos deputatis Bartholomaeus de Castagnedo Subdiaconus Praebendatus in majori eccl.ia. Ex libro Reform. in cancell. Com. asservato factarum sub D. Nallo de Guelfonibus anno 1319. 4. Januarii.

¹⁰ (*a lato sul margine destro*) reformatum.

Si vero aliquem Mansionariorum, vel Prebendorum praesentium, vel futurorum sine licentia D.ni Decani, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, et majoris, et sanioris partis Cap.li Tar:ni ultra tres septimanes abesse contigerit ab Eccl.ia Tar.na ipso jure, absq; alia monitione, citatione, requisitione, vel sententia, sua Mansionaria, Praebenda, et Beneficio sit privatus . . . vigore praesentis Statuti, et alius ipsius loco appellatione, et exceptione aliqua non obstante, per Decanum, et Cap.lum ordinetur in Mansionarium, et Praebendum, prout ad Cap.lum, et Decanum, vel alium, seu alios pertinebunt communiter, vel divisim.

Rubrica **XLV.** LII. *(a lato destro, in margine)* 43.
Electio Mansionariorum
ad Decanum, et Cap.lum pertinet¹¹.

Vacante Praebenda aliqua dictorum octo Mansionariorum, alij Mansionarij potestatem non habeant aliquem in Mansionarium eligendi, sed ad Decanum, et Cap.lum Tar:num provisio, sive electio ipsius Mansionarij debeat pertinere, et aliquo ipsorum Mansionariorum deficiente, in ejus locum alius eodem ordine eligatur. Vero si aliquis infra ordinem sibi deputatum fuerit institutus, vel provisos in Mansionarium, nihil de Beneficio suo percipiat, nisi, monitus per Decanum, et Cap.lum quam citius facultas se obtulerit se fecerit promoveri ad sibi sacrum ordinem deputatum, sed ad Canipam Cap.li dispensandum, prout eis videbitur, debeat pervenire.

Rubrica **XLVI.** in novis LIII. *(a lato destro, in margine)* 44.
De optione Praebendae Mansionarij vacantis.

Praebenda verò deficientis Mansionarij, perdentis, vel cedentis per annum, sicut, et cujuslibet Canonici deficientis, penès Canipam Cap.li, et ejus Massarium, vel Caniparium debeat remanere inter Cap.lum distribuenda praedictum, ac si per antiquiorem Man- . . . -sionarium

(carta 25, tergo)

-sionarium optari possit, si velit; similiter, et alius Mansionarius possit dimisam optare, seu relictam, et sic omnes secundum gradum suum, ut et infra tres dies a tempore suae vacationis, dum tamen numerus viginti dierum non transeat a notitia vacationis ipsius praebendae, et de Praebenda optata optans per dictum Decanum in Cap.lo debeat investiri, ut de optatione Canoniorum superius est expressum.

45. *(a sinistra, in margine)* Rubrica **XLVII.** XLI.
Quod Mansionarius absens causa studiorum.
etiam cum licentia nihil percipiat

Causa vero studiorum si quis Mansionarius absens fuerit etiam cum licentia, sive Thelogiam legerit, sive aliam facultatem, nihil de Beneficio suo interim percipiat, sed penès Massarium Cap.li Tar:ni remanea ad voluntatem D.ni Decani, et Canoniorum Cap.li dispensandum quidquid de ipsa pervenerit quovis modo.

46. *(a sinistra, in margine)* Rubrica **XLVIII.** in novis XXV.
Quod Mansionarij ad mandatum
Decani, et Cap.lidormiant in Canonica.

¹¹ *(a fianco, a destra)* institutionem 4.or Mansionariorum habes Ughelli T.o V. col. 541. Ann. 1232. 12. Februar. et lib. A. max. fol. 11. quatuor item Mansion.m electionem.

Ad hoc adijcimus statuendo, quod Mansionarij omnes in dormitorio dormiant, vel in Canonica nova, vel veteri; hoc addito, quod si visum fuerit D.no Decano, . . . ut simul omnes in Dormitorio dormiant, hoc ad ipsius mandatum, et sanioris partis Cap.li Tar:ni debeant adimplere, et statuta Cap.li, et consuetudines Eccl.iae Tar:nae facta, et facienda ipsi Mansionarij observare teneantur.

47. (*in margine, a sinistra*) Rubrica **XLIX.** in novis XXIII.
Quod Capellani Eccl.iae Tar:nae debeant
reverentiam, et obbedientiam jurare Decano, et Cap.lo Tar:no -

Capellani Eccl.iae Tar:nae p.ntes, et futuri, cum fuerint recepti, seu provisus in Eccl.ia Tar:na ad aliquod Praebendale Beneficium, seu Praebendam corporali proprio juram.to tactis scripturis Decano, et Cap.lo Tar.no promittere debeant, et servare reverentiam, et obbedientiam, et ea, quae ipsis, et eorum cujlibet fuerint per Decanum, et Cap.lum Tar:num injuncta, fideliter teneantur exequi, et adimplere, et tam Mansionarij, quam Praebendati debeant possessiones suarum Praebendarum per Massarium Cap.li facere affictari, seu per Decanum ipso Massario negligente, vel absente, ac servare consuetudines, et statuta Cap.li, et Eccl.iae Tar:nae facta, et facienda, sicut Mansionarij prestiterunt.

48. (*a lato, a sinistra*) Rubrica **L.** in novis XXIV.
Quod Mansionarij, Praeb.ti, Capellani Eccl.iae Tar:nae,
et alij Beneficiati in Eccl.ia Decano, et Cap.lo subjectis debeant jurare
statim cum fuerint instituti statuta, et consuetudines Eccl.iae. . . .

(*secondo fascicolo - carta 26.*)

Eccl.iae Tar:nae, et reverentiam Decano, et Cap.lo Tar:no.

Mansionarus, Praebendatus, et Capellanus quilibet Eccl.iae Tar:nae, nec non quilibet Plebanus, Rector, et Clericus, seu quomodolibet provisus, vel institutus, in quavis, seu quibuscumq; Plebe, Parochiali Eccl.ia, seu quavis alia Hospitali, seu Clericatu Civitatis, et Dioecesis Tar:nae subjectis D.no Decano, et Cap.lo Tar.no, prout ad eos pertinet conjunctim, vel divisim, ex quo fuerit institutus, provisus, seu receptus ad quamcumq; Praebendam, Clericatum, Beneficium, seu Eccl.iam, mox collatione, vel investitione sibi facta per Decanum ad Sancta Dei Evangelia tactis corporaliter scripturis, jurare teneatur, et debeat, quod ipse reverentiam, et obbedientiam faciet Decano, et Cap.lo Tar:no, et quod Statuta facta, et facienda, et consuetudines Eccl.iae, et Cap.li Tar:ni observabit, et quod bona, et jura ad suam Mansionariam, Praebendam, Clericatum, Beneficium, seu Eccl.iam custodiet, et salvabit bona fide.-

Rubrica **LI.** LIV (*a lato, in margine destro*) 49.
Quod quilibet Praebendatus faciat Inventarium de bonis mobilibus
ad suam Praebendam, et Eccl.iam, vel Beneficium spectantibus,
usque ad duos Menses etc.

Item, quod quilibet praedictorum faciat Inventarium de bonis mobilibus ad suam Praebendam, et Eccl.iam, vel beneficium spectantibus, usque ad duos menses; de immobilibus vero, usq; ad unum annum, et duos menses a tempore institutionis factae numerandos immediatè sequentes, et inventarium in formam instrum.ti publici factum, exhibebit Decano, vel Cap.lo Tar:no, seu Massario Cap.li, quod si non fecerit, solvat pro poena decem libras denariorum parvorum Massario Cap.li Tar:ni, et si in secundo anno non fecerit tantundem solvat, et si in tertio anno facere neglexerit, ipso jure sua Prebenda, Beneficio, Clericatu, seu sua Eccl.ia sit privatus, et

condemnatus per lapsum dicti triennij pro primo, secundo, et tertio peremptorio termino eorum cuilibet assignati abque alia monitione, citatione, requisitione, seu sententia . . . vigore p.ntis statuti, et in ipsius locum, Praebendam, Clericatum, Rectoratum, seu Eccl.iam alius per Decanum, et Cap.lum ordinetur exceptione, vel appellatione aliqua non obstante.

Rubrica **LII.** LV.

(a lato, a destra) 50.

Quod Canonici, Mansionarij, et Praebendati Eccl.iae Tar.nae,
et alij intitulati, et beneficiati in Eccl.ijs Cap.lo Tar:no subjectis
Praebendas suas, seu partes dare in scriptis teneantur
de Quinquennio in Quinquennium,
Decano, vel Cap.lo Tar.no, vel ejus Massario. . . . De

(- carta 26. tergo)

De Quinquennio in Quinquennium quilibet Canonicus, Vicarius, Mansionarius, Capellanus, et alius quomodolibet Praebendatus in Eccl.ia Tar:na, vel alijs quibusvis, seu quavis ipsi Cap.lo Tar:no subjectis teneatur, et debeat dare in scriptis, et consignare per se, vel procuratorem suum Decano, Cap.lo, vel Massario ipsius Cap.li Tar:ni omnes terras, mansos, et possessiones immobiles ad suam partem, Praebendam, Beneficium, Clericatum, seu Eccl.iam pertinentes, ac responsiones, fictus, et redditus eorundem claré, ordinate, ac distincté, et nomina locorum, ubi sunt sitae, nec non habitatorum conducentium, et colonorum, qui illas habitant, seu conducunt ad partem, vel fictum, et quid, et qn.tum teneantur pro anno quolibet respondere pro ipsis.

Si quis vero praedicta neglexerit adimplere, si fuerit Canonicus decem libras denariorum parvorum, si vero alius de praedictis quinque libras denariorum persolvat pro quoque Massario Cap.li Tar:ni, in quibus sine alia citatione, requisitione, vel Monitione sit contrafaciens, vel negligens condemnatus p.ntis statuti vigore; quam poenam infra quindecim dies sequentes dictum Quinquennium in poena dupli solvere sit adstrictus, quod Quinquennium in Kalendas Maij proxime secuturi, quoad haec volumus inchoari.

51 ¹². (a lato sinistro, in margine) Rubrica **LIII.** in novis XI.

Quod Capellani Civitatis, et Suburbiorum, et de prope Civitatem¹³
subjecti Cap.lo Tar:no veniant bis in Quadragesima ad officium in Eccl.ia Tar:na,
scilicet quarta feria medianae hebdomadae, et in Sabbato Olivarum.

Innovamus praeterea, et statuimus, quod omnes Capellani Civitatis Tar:nae, videlicet Rectores Eccl.iarum Plebani S. Jo. Bap.tae, S. Andraeae, S. Jo. de Ripa, S. Gregorij, S. Bartholamaei, S. Agnetis, S. Bonae, et Rectores Eccl.iarum S. Mariae de Fontanis, S. Michaelis de Melma, S. Pelagij, S. Antolini, S. Gervasij, S. Urbani de Preganzolo Dioecesis Tar:nae Cap.lo pleno¹⁴ jure subjecti; tempore Quadragesimali debeant personaliter ad Eccl.iam Tar.nam accedere, . . . et interesse off.o scrutinij, et Symbolorum donec fuerit officium ipsum completum, videlicet quarta feria medianae Hebdomadae (*parola cancellata, con la correzione in margine XL.me majoris*), et Sabbato Olivarum. –

52. (a lato, a sinistra)

Rubrica **LIV.** in novis XII.

Quod praedicti debeant venire in die S. Liberalis
ad Missam cum suis Crucibus, et populis.

¹² (a lato sinistro, in margine) (sic) fol. 17. t.go.

¹³ (a destra, a lato) “essent”: et in marg. rec. manu “civitatem”

¹⁴ (a lato destro, in margine) ommissum in Reform. errore, ut apparet, Librarii: nam Rubr. 96. etiam in novis habetur in Summario, et in Textu.

Item, quod in Festo S. Liberalis Confessoris debeant processionaliter supradicti Rectores Eccliarum dioecesis Tar:nae, et Suburbiorum cum suis Crucibus, et populis Eccliam n. ram . . .

(*secondo fascicolo - carta 27.*)

Tar.nam, ubi Corpus ipsius Gloriosiss.mi Confessoris requiescit, de mane hora Missarum, ut consuetum habent¹⁵, annis singulis visitare, sub poena quinque solidorum parvorum pro qualibet vice (*parola corretta Die scritta di seguito*).

Rubrica **LV.** in novis XIII. (*a destra in margine a lato*) 53.
 Quod Primicerius, et Capellani Civitatis Tarvisij,
 et suburbiorum debeant ad Vesperas venire et stare
 S. Jo. Bap.tae, et S. Petri, et S. Liberalis, etc.

Item, quod praedicti Rectores Eccliarum Civitatis Tarvisij, et suburbiorum ejus; nec non Primicerius Capellanorum Civitatis Ejusdem cum suis Capellanis, et ipsi Capellani Civitatis¹⁶, ac Suburbiorum debeant interesse personaliter omni anno cum suis Superpelliceis in Ecclia Tar:na in Festo S. Liberalis Confessoris, et in ipsius festi primis Vesperis, ac celebratione Missae ejusdem, nec non in primis Vesperis, et in Missa cujuslibet Festi S. Jo. Bap.tae, et S. Petri Ap.li.

Rubrica **LVI.** in novis XIV. (*a lato, in margine destro*) 54.
 Quod Primicerius, et Capellani praedicti
 debeant interesse officio in Coena Domini, et Sabbatho Sancto,
 et in processionibus generalibus, et voluntarijs.

Item, quod in die jovis Sancti cum D.nus E.pus Tar.nus celebrabit, et etiam in Sabbato sancto, sive celebret, sive non, et Sabbato Pentecostes, ac Processionibus Litaniarum majorum S. Marci Evangelistae, et tribus diebus Rogationum gn.litèr faciendis, et alijs necessarijs, nec non in processionibus voluntarijs, quas D.nus E.pus Tar.nus, vel Cap.lum Tar:num ducent ordinandas, vel faciendas.

Rubrica **LVII.** (*a lato destro, in margine*) 55.
 De poena praedictorum,
 quae est pro qualibet vice quinque solidorum. in novis XIV

Si quis autem, vel si qui praedictorum Primicerij, Capellanorum, seu quomodolibet praescriptorum in supradictis, vel aliquo eorumdem fuerit negligens, vel remissus pro qualibet horarum praedictarum, vel pro qualibet Processione ommissa, vel neglecta, qua non interfuerit personalitèr, ut praefertur, quinque solidos denariorum parvorum persolvere sit adscriptus Massario N.ri Cap.li Tar:ni infra quinque dies a tempore horae, vel Processionis neglectae computandos; quod si non fecerit infra alis quinque dies, solidos decem denariorum parvorum persolvat eidem, in quibus sit condemnatus absq; alia requisitione, vel citatione, vel . . . sen-

(- *carta 27. tergo*)

sententia, vigore p.ntis statuti, et medietatem D.nus E.pus dictae condemnationis habeat, et reliquam Cap.lum.

56. (*a lato sinistro, in margine*) Rubrica **LVIII.** + LXXX
 Reservatio Decano, et Cap.lo, super his Statutis.

¹⁵ (*a lato, in margine sinistro*) "alijs" in textu "habent" in margine

¹⁶ (*a lato, in margine destro*) "alii" in textu, ubi ad oram "civitatis"

Reservamus quoque Decano, et Cap.lo Tar:no, arbitrium, potestatem, et auctoritatem plenariam, et bailiam, quod si difficultas aliqua, obscuritas, vel dubietas, seu ambiguitas de praedictis, . . . seu super praedictis, seu in ipsis statutis, seu eorum aliquo, seu aliquibus in toto, vel in parte oriretur super intellectu, vel observantia eorum, vel alicujus puncti eorum, illa omnis, et singula, et quorumlibet eorum, et cujuslibet eorum interpretandi, dilucidandi, aperiendi, determinandi, et solvendi, addendi praeterea, minuendi, mutandi, et corrigendi, prout in ipsis Decano, et Cap.lo, vel Decano, et majori, et saniori parti ipsius Cap.li Tar:ni videbitur expedire.

In Xp.i No.ie. Amen. Anno D.ni millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, Ind.e X.ma, die D.nico tertio Martij, Tarvisij in Episcopali Palatio in Camera R.di in Xp.o Patris, et D.ni D.ni Petri Pauli Dei Gra. E.pi Tarvisini,

praesente D.no Praesbytero Joanne de Spercenico Praebendato in Majori Eccl.ia Tar:na, Capellano D.ni Ep.i suprascripti, D.no Praesbytero Alexandro de Brayda Praebendato in dicta Majori Eccl.ia, Opiccino de Sancta Margareta Dioecesis Procuratore, et factore D.ni Gabrielis Marchionis Malaspina Canonici Tar:ni, Alberto Joannis de la Costa, Jacobo de Todeschinis Subdiaconibus Mansionarijs Majoris Eccl.iae Tar:nae Testibus ad hoc specialiter convocatis, et alijs.

Coram R.do in Xp.o Patre, et D.no D.no Petro Paulo Dei Gra. E.po supradicto, solemniter per Nuntium juratum Cap.li Tar:ni, ut moris est citatis omnibus Canonicis residentibus, et praedicto Cap.lo Eccl.iae Tar:nae ad suprascripta, et infrascripta more solito specialiter cong.to, in quo quidem interfuerunt Venerabiles Viri D.nus Conradus de Branchasechis de Luca Decanus Tar:nus, et Massarius Cap.li Tar:ni, D.nus Paulus de Seraffinis de Bononia, D.nus Jacobus de Carraria Lunensis Dioecesis, D.nus Petrus de Baono Plebanus Eccl.iae S. Mariae de Murano Torcellanae Dioecesis, D.nus Petrus Bonus Magister Scholarum, D.nus Amadasius Massarius Fabricae, et Pater Thesaurarius, omnes, et singuli Canonici Tar:ni, qui faciunt, et constituunt totum, et integrum Cap.lum Tar:num pro se, et Venerabilibus Viris D.nis Venturino de Pergamo Archid.no Aquilejense, et Jacobo de Saglimbecco Canonicis Tar:nis, qui non interfuerunt in dicta Congregatione, tamen legitimé citati ad dictum Cap.lum per Franc.m Clericum filium Bartholamaei Zuperij Nuntium juratum ipsius Cap.li, qui nuntius juratus retulit, quod D.nus Jacobus de Saglimbecco praedictus, erat corporali infirmitate taliter gravatus, quod . . .

(secondo fascicolo - carta 28.)

quod non poterat interesse dicto Cap.lo, et quod contentabatur de eo, quod D.nus Decanus, et alij Canonici faciebant in dicto Cap.lo, et quod D.nus Venturinus praedictus erat extra Civitatem Tarvisij ad Villam de Melma pro suis negotijs peragendis ita quod dicto Cap.lo non poterat esse ad praesens, cum plures ad p.ns non sint Canonici residentes, nec p.ntes, qui de jure, vel Consuetudine possint, vel debeant ad Cap.lum Convocari.

Lecta, edita, promulgata fuerunt omnia, et singula statuta supradicta in scriptis redacta per D.num Decanum in Cap.lo supradicto in p.ntia Venerabilis Patris E.pi supradicti, quibus sic perlectis, et plenius intellectis praefacti D.ni Decanus, Canonici, et Cap.lum Tarvisinum . . . instanter, et humiliter supplicaverunt R.do in Xp.o Patri D.no Petro Paulo Dei Gra. E.po Tar:no quatenus unà cum ipsis dicta statuta edere, confirmare, laudare, et approbare dignaretur, suamq; licentiam, auctoritatem, sententiam, et decretum, et E.patus Tar:ni interponere vellet omnibus, et singulis statutis, ordinationibus, et declarationibus supradictis, et contentis in eis, et quibuslibet eorumdem.

Qui quidem D.nus E.pus Tar:nus praedictus matura deliberatione praemissa diligenter attendens omnia, et singula supradicta statuta, ordinam.ta, et declarationes in scriptis redactas, et perlectas fore utiles, bona, et expedientes Eccl.iae, et Canonicis, et Cap.lo Tar:no, . . .

et alijs contentis in ipsis omnia, et singula supradicta statuta, ordinam.ta, et declarationes suprascriptas, et suprascripta una cum dictis D.no Decano, Canonicis, et Cap.lo, statuit, et ordinavit, approbavit, et ratificavit, et confirmavit, ipsisq; omnibus, et singulis, et contentis in eis, et eorum quolibet, seù qualibet suam, et E.patus Tar:ni licentiam, et auctoritatem interposuit, et decretum ordinaria auctoritate, et omni jure, modo, et forma quibus melius potuit.

Et statim ibidem praedicti D.nus Decanus, et alij Tar:ni Can.ci personaliter p.ntes collegialiter, et singulariter promittunt attendere, et observare omnia, et singula suprascripta, et ad Majorem confirmationem juris, tactis Sacrosanctis Scripturis Deo et sibi invicem corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, et observare de coetero omnia, et singula statuta praedicta, in quibus mentio de juram.to habetur, ut in eis continetur.

Mandantes de praedictis per me Rigum Notarium infrascriptum fieri pub.cum ins.mtum, et inst.a integraliter, et particulariter, prout expediens videbitur D.no Decano, et Cap.lo supradicto.

Eo die in Eccl.ia Majori p.ntibus D.no Conrado Decano, D.no Amadasio Can.co Tar:no, Praesbytero Joanne de Sperzenig, Praesb.ro Gabriele de Brayda Sacrista, et alijs, D.nus Venturinus de Pergamo Canonicus Tar.nus certifi- . . . -catus

(- carta 28. tergo)

-catus de dictis Statutis, et confirmatione ipsorum laudavit, approbavit, et ratificavit omnia, et singula gesta, et acta, ut supra; et nihilominus juravit ad Sancta Dei Evangelia tactis Sacrosanctis Scripturis omnia, et singula statuta, et ordinam.ta praedicta attendere, et observare, ut D.nus Decanus, et alij praedicti juraverunt, et promiserunt, qui juraverunt ad Sancta Dei Evangelia tactis Sacrosanctis scripturis in p.ntia dicti D.ni E.pi, se de caetero servaturos omnia, statuta suprascripta et in eis contenta, ut continetur in eis

Ego Rigus Imperiali auctoritate Notarius praedictis omnibus interfui, et de mand.to D.norum E.pi, Decani, et Canonicorum praescriptorum scripsi, et rogatus in pub.cam formam redegi, Millesimo, et Ind.e, et die praedictis; Pontificatus SS.mi Patris, et D.ni N.r i D.ni Benedicti Papae XVIII. Anno 8.o.

(il resto di 28. tergo, è bianco)
